additamento videlicet disgregare visū. sta illi termini eō uertunt: esse prope ⁊ nō sintillare. nō simplr sz cū additamento. s. esse ꝓpe oculū in actu ⁊ non sintillare dū fit visio: sic arguendo. omne nō sintillans duz fit visio est ꝓpe oculū in actu. sed planete sunt non sintillantes dū fit visio. igitur planete sunt prope oculum in actu.

Itē sic lunā demōstrāt quod ꝑ incrementa circularis sit. Si qdē igit ipsi⁹ q: factus ē syllogisin⁹. econuerso āt posito medio ipsi⁹ ꝑꝑ quid syllogisinus. non enim ꝑꝑ augmēta circularis est. sed q: circularis est accipit augmēta huiusmodi luna sit ī quo. c. in quo b. augmentum in quo a. circularis.

¶ Secūdo argu. sic pbs ad eandē cōclusionē. circularitas demonstrat de luna ꝑ augmentū circulare luminis in luna ergo ꝓclusio vera. pz ꝓña q: circularitas lune est causa circularitatis sui luminis. ⁊ añs ꝓbat sic arguendo. omne illud cui⁹ lumē circulariter augetur est circulare. sed luna est illud cui⁹ lumē circulariter augetur. ergo luna est circularis. Ideo. n. aliq̄d circulariter augetur in lumine q: ipm est circulare. ⁊ arguitur ꝑ effectū cōuertibilem sumendo augeri vt dicit aptitudinē ⁊ non actū. sit ergo a maior extremitas ⁊ b mediū ⁊ c minor extremitas. ⁊ arguit sic. omne b est a. omne c est b. ergo oē c est a. Et potest hec demostratio resolui in demonstrationem ꝑꝑ quid mutando mediū in maiorē extremitatem isto mō. omne circulare est augmentabile in lumīe circulariter. sed luna est circularis ergo luna est augmētabilis in lumine circulariter. ¶ Notandū fm philosophum ⁊ ꝓmentatorē tertio de aīa. q̄ omne receptuz in aliquo recipit per modū rei recipientis. ideo si subiectū adequatū alicuius accidentis erit alicuius figure illō accidens erit illius figure. si. n. superficies est sperica albedo necessario est sperica. si adeq̄te fundetur in illa. quia si fundaretur solū in medietate hoc non sequeretur: dic. n. philosophus in predicamentis q̄ quāta fuerit superficies tantā albedinē eius esse dices: ideo q̄tum ē corp⁹ illūinatū tantū est lumen receptū in illo. ⁊ ꝑ ꝓñs lumen circulariter augmētat in luna q: ipsa est circularis. ⁊ vbi esset figure alterius lumen reciperet in ea sub illa figura ¶ Sed dubitat probando q̄ ex circularitate luminis ñ ꝓcludit a posteriori circularitas corporis. q: lumē multiplicatū in pariete ꝑ foramen quadratū a corpore luminoso angulari est circulare ⁊ tñ nec foramē nec corp⁹ luminosuz est circulare. ¶ Dicendū q̄ licet corpus luminosū non sit circulare nec foramē nec paries nec aer implens camerā: tñ illa particula aeris vel parietis in qua est adequate lumē est circularis figure. sed vnde ꝓtingit lumen multiplicari sperice ex quo foramē est quadratū dicit auctor spere q: oia nāliter tēdunt ad rotūditatē. sz hoc non sufficit q: tunc seq̄ret q̄ si obstaculuz poneret prope foramē lumen multiplicatū appareret rotunduz qd̄ est falsum īmo appareret sub figura foraminis. Iō est aliter dicendū q̄ sicut q̄dratum clōgatū a visu apparet circularis figure q: anguli deficiunt multiplicare species suas in oculum ꝑꝑ magnitudinē distantie. ita lumē causatū ꝑ foramen si reperit obstaculum prope foramē multiplicatur sub eadem figura. si āt obstaculum fuerit remotum a foramine causatur lumen circulare eo q̄ anguli luminis deperduntur ⁊ pereunt in via anteqū tangant obstaculū sunt. n. debiliores toto lumine. ideo per minorem distantiam possunt multiplicari.

Dubiū primuz

ꝑ rñ

In quibus autem media non ꝓuertūtur ⁊ est notus q non est causa quia demonstratur ⁊ non propter quid.

2ª ꝓ q̄ri capitulū secūdi tractat⁹

¶ Secunda conclusio. possibilis est demonstratio q: ꝑ effectum non conuertibilem. Ista conclusio sequitur ex prior. q: sicut per effectum conuertibilez possumus demonstrare causam dummodo sit notior cā: ita per effectum non conuertibilem si fuerit notior causa. ¶ Notādum q̄ effectus non conuertibilis est duplex. quidā est cōmunior causa ⁊ quidā minus cōmunis. si fuerit communior causa per cum poterit demonstrari causa negatiue in secūda figura. vt oīs ignis est deficcatiuus. nulla aq̄ est deficcatiua. ergo nulla aqua est ignis. pz. n. q̄ ē deficcatiuum est effectus ignis. tñ est cōmunior igne. q: ēt ꝓpetit terre. Si aūt fiat demōstratio in prima figura ꝑt argui affirmatiue ⁊ negatiue sz sp cum termino infinito vt omne non deficcatiuum est non ignis. omnis aqua ē non deficcatiua. ergo oīs aqua est non ignis. Negatiue aūt sic arguitur. nullū non deficcatiuuz est ignis. omnis aqua est nō deficcatiua ergo nulla aqua est ignis. Si āt effectus erit minus cōmunis q̄z causa poterit argui affirmatiue ī prima figura. vt omne habens tres angulos ē figura. sed oīs triangulus est habēs tres angulos. ergo omnis triangulus est figura. vel sic. omne disciplinabile est animal. oīs homo est disciplinabilis. ergo oīs homo est aīal. vnde habere tres angulos est effectus figure. ⁊ esse disciplinabile est effect⁹ aīalis. cōstat āt habere tres angulos esse minoris cōmunitatis q̄z sit figura ⁊ disciplinabile q̄z sit aīal. ⁊ istoꝝ effectuū q̄libz potest esse notior q̄z cā assignata. ¶ Sed dubitat q: dies esse calidissimos est effectus solis existentis in leone ⁊ est effectus cōmunior q: ꝑt prouenire ab alia causa. s. ab aliq̄ cōstellatione celi sole non existente in leone ⁊ tñ ex illo effectu non demonstrat illa causa negatiue sicut nec affirmatiue. q: sic non sequitur dies sunt calidissimi ergo sol est ī leone. ita non sequit dies nō sunt calidissimi ergo sol non est ī leone. quia tempore quo sol est in leone. posset concurrere aliqua influentia frigefactiua ex aliqua determinata constellatione celi. ¶ Dicendum q̄ nunq̄z demonstratur causa per effectum nisi sit necessaria habitudo effectus ad causam vel econtra. vnde causa ⁊ effectus aliquando habent inuicez necessarias habitudines sic q̄ posita causa ponitur effectus ⁊ econtra. vt eclypsis. ⁊ interpositio terre inter solem ⁊ lunaz aut dies esse longissimos ⁊ solem esse in primo puncto cancri. ⁊ sic causa ⁊ effectus conuertuntur ⁊ se inuicem demonstrant in prima figura affirmatiue. Aliquando autem causa habet necessariam habitudinem ad effectuz ⁊ non econtra sic q̄ causa posita ponitur effectus ⁊ nō econtra. ⁊ sic isto modo effectus est cōmunior causa vt ignis ⁊ esse calefactiuum. nam posito igne ponit ē calefactiuū sed nō econtra. ideo per ignem demonstratur esse calefactiuuz affirmatiue ⁊ per esse calefactiuū nō demonstratur ignis nisi negatiue. ¶ Quōq̄z vero effect⁹ hz necessariā habitudinem ad cām ⁊ non econtra sic q̄ posito effectu ponitur cā ⁊ nō econtra. vt risibile respectu aīalis. ⁊ tunc ꝑ effectum demonstratur cā affirmatiue. ⁊ per causam non demonstrat effectus nisi negatiue vt videbitur ī seq̄nti ꝓclone ⁊ ꝑ hoc soluta est difficultas. q: licet ad illā cām que est solem esse in leone sequatur vt plurimum iste effectus qui est dies esse calidissimos ⁊ ecōtra non tñ illa cā hz necessariā habitudinē ad hūc effectū nec ecōtra ex quo nullo istoꝝ posito de necessitate ponit reliquū. ideo ille effectus nec affirmatiue nec negatiue demonstrat illam cām nec econtra. oīs. n. demonstratio dz esse ex necessariis vt patuit in precedentibus.

Mo^m p^m

Dubiū primuz

ꝑ rñ

Ampli⁹ in q̄bus mediū extra ponit ⁊ in his. n. ipsius q: non ꝑꝑ quid demonstratio est. non. n. dicit cā vt quare non respirat paries q: non est aīal. si. n. hoc nō respirādi cā est oportet esse aīal cā respirādi. vt si negatio cā ē ipsi⁹ nō eē affirmatio est eē. sicut fine mēsura eē calida ⁊ frigida non sanādi causa est:

Mo^m p^m

1.9.4 capli 2. tractat

qz cũ mensura eē cã est sanãdi. siliʒ aũt ē si affirmatio ipus eē negatio est nõ eē. In his ãt sic demonstratis qd dictũ est nõ ꝓtigit. nõ .n. omne aial respirat. ſ llogismus aũt hmõi cãe est ĩ media figura. vt sit a. aial: in quo. b. respiret. in quo. c. paries. in. b. quidẽ igitur oĩ est a. omne. n. respirans aial est. in. c. autẽ nullo a. quare neqz. b. in c nullo ē. non igit respirat paries.

Tertia cõclo. potis ē demõstratio qz p cãz remotã. pbatur nã nõ respirare demõstrat p nõ eē aial. ⁊ hec ē cã remota. ergo. pz ꝓnia qz p cãz ppinqz fit demõstratio pp qd. pma ps antis sic arguit formãdo hãc demõstrationẽ necessariã ĩ scda figura. oē respirãs ē aial. nullus paries ē aial. ergo nullus pies respirat. ¶ Scda ps antis sic declarat. qz si nõ eē aial eēt cã immediata nõ respiratiõis tũc eē aial eēt cã immediata respiratiõis ⁊ sic oē aial respiraret qd ē falsuz qz pisces ⁊ alia aialia si hntia pulmonẽ nõ respirãt. pz ꝓnia. qz ficnt negatio ē cã negatiõis ita affirmatio affirmatiõis. vñ sicut nõ pportio caliditatis ⁊ frigiditatis ē cã nõ sanitatis ita ꝓportio caliditatis ⁊ frigiditatis ē cã sanitatis. põt aũt syllogism⁹ datus fieri p a b c. ponendo ꝙ a sit mediũ ⁊ b maior extremitas ⁊ c minor extremitas sic arguẽdo ĩ secũda figura oē b est a nullũ c est a ergo nullũ c est b. Notãdũ ꝙ sicut respirare hz duplicẽ cãm. ſ. ppinquã q̃ ē hre pulmonẽ. ⁊ remotã q̃ ē eē aial. ita nõ respirare hz cãz ppinqz q̃ ē non hre pulmonẽ: ⁊ cãz remotã q̃ ē nõ eē aial. iõ respirare demõstrat affirmatiue p habere pulmonẽ ⁊ nõ p eē aial. sed nõ respirare demõstrat p nõ eē aial q̃z p nõ habere pulmonẽ hz nõ ꝓsilĩ demõstratõe. qz p nõ eē aial demõstrat demõstratiõe qz p cãz remotã. ⁊ p nõ hre pulmonẽ demõstratiõe pp qd p cãz ppinqz. vt oē nõ hns pulmonẽ ē nõ respirãs. paries est nõ hns pulmonẽ. ergo paries ē ñ respirãs. Cõtra pdicta argu. ⁊ prio ꝙ nõ si negatio ē cã negatiõis affirmatio ē cã affirmatiõis. qz tũc a põne ꝓntis ad põnẽ antis eēt bonũ argm qd ē falsuz qz ē fallatia ꝓntis. ⁊ pz ꝓnia sic arguẽdo. si nullũ aial currit nullũ hõ currit. ergo si aliqd aial currit aliqs hõ currit. Cõsiliʒ arg. ꝙ nõ si affirmatio ē cã affirmatiõis negatio ē cã negatiõis. qz tũc a destructiõe antis ad destructionẽ ꝓntis eēt bonũ argm qd est falsum cũ itez sit fallacia ꝓntis. ⁊ pz ꝓnia sic arguendo. si aliqs hõ currit aliqd aial currit. ergo si nullus hõ currit nullũ aial currit. Scdo ar. ꝗ erẽm. qz p idẽ ista ꝓnia eēt bona. albũ p se disgregat v suz. ergo nõ albũ p se ꝓgregat visuz. ⁊ ēt ista. nigrũ. p se cõgregat visuz ergo nõ nigrũ p se disgregat visuz. Ad pmũ dr ꝓcedẽdo ꝙ a positiõe ꝓntis ad põnẽ antis ⁊ a destructiõe antis ad destructionẽ ꝓntis ē bonũ argm rõe materie. ſ. qñ arguit ĩ cõuertibilib⁹ vt si disciplinabile currit risibile currit ⁊ si nullũ disciplinabile currit nullũ risibile currit ⁊ ecõtra. cõstat ãt ꝙ arguere p cãm ĩmediatã ē arguere ĩterminis ꝓuertibilib⁹. iõ sic affirmatio ē cã affirmatiõis ita negatio ē cã negationis ⁊ c. Ad 2m rndet ꝙ nõ hñ arguit qz sicut ex cã positiua cõcludit effectũ positiuũ ita ex negatiua negatiũ⁹. iõ solũ seqt ex illis antibus ꝙ nõ albũ p se nõ disgregat. ⁊ nõ nigrũ p se nõ cõgregat. quoz qd libet cõcedit. dz. n. ſp argui ĩ codẽ gñe oppõnis vt sic albuz ⁊ nigrũ opponunt cõtrarie ita congregare ⁊ disgregare. iõ hñ segtur albũ p se disgregat. ergo nigrũ p se congregat. ⁊ sicut albũ ⁊ non albũ opponunt contradictorie ita disgregare ⁊ non disgregare. iõ bone sequitur albũ p se disgregat. ergo non albũ per se nõ disgregat.

Cõparantur aũt huiusmodi cãz dictis secũdũ excellentiã. Hoc aũt est plurimũ dista re mediũ dicere. Sicut. n. illud est anacarsadis qd ĩ scitis nõ sunt sibilatores neqz. n. vites. Scdm quidez igit eandem sciaz ⁊ scdm eorũ positionez he drie sunt ipsius qz ad eũ qui est ꝓpter quid sillogismũ.

Et si queratur ꝓpter quid per causaz remotã non demonstratur affirmatiue sicut negatiue. Respondet philosophus ꝙ ideo qz causa remota est communior quã effectus. ⁊ hoc potest ostendi p exẽplũ anacarsibus dicentis iõ scitas idest scotos nõ sibilare. qz nõ habẽt vites cã antẽ quare nõ sibilant est nõ habẽt vites. vnde põt sic argui. oẽs sibilantes habent vites sed scite nõ habẽt vites ergo nõ sibilãt. ꝙ autẽ habere vites sit cã remota sibilatiõis manifestũ ē. qz vites sũt causa vini ⁊ vinum est cã potationis ⁊ potatio est cã gaudii gaudiũ aũt ē causa alĩocationis ⁊ sibilationis. vnde ꝓcedẽdo per causas ꝓpinquas est dicendũ ꝙ scite nõ sibilãt qz nõ habent gaudiũ. ⁊ nõ habent gaudiũ qz nõ bibunt vinũ. ⁊ nõ bibunt. vinũ qz non habent vires. ergo a primo ad vltimuz scite nõ sibilant qz nõ habẽt vites. Notandum ꝙ illud exẽpluz ponit tantuz gratia doctrine. exempla enim ponimus nõ vt ita sint sed vt sentiant qui addiscunt qz ille cause assignate non sunt cause proprie ⁊ ĩmediate. si. n. non habere gaudium esset cã ĩmediate non sibilandi ergo habere gaudiũ esset causa ĩmediata sibilãdi. ⁊ per consequẽs oẽs hntes gaudiũ sibilarẽt. siliter si nõ biberevinũ esset cã ĩmediata non habendi gaudiũ ergo bibere vinũ esset causa ĩmediata gaudii. tenet consequentia p Aristo. qz sicut negatio est causa negatiõis ita affirmatio est causa affirmationis. sed illud cõsequens est falsum. qz multi bibũt vinũ qui nõ habẽt gaudiũ. Cõtra pdicta argu. probando ꝙ demõstrat affirmatiue per cãm remotam. nã iterpositio terre est causa ꝓpinqua eclypsis lune. ⁊ solẽ esse in capite vel ĩ cauda draconis est causa remota. cõstat autẽ ꝙ sicut sequit negatiue sol nõ est in capite vel in cauda draconis ergo luna nõ eclypsatur. ita sequitur affirmatiue. sol est in capite vel in cauda draconis ergo luna eclypsatur. ¶ Respondet ꝙ solẽ esse in capite vel in cauda draconis nõ est causa remota remotione pdicationis ꝗ qua loqtur Arist. hic. ita ꝙ talis causa cõmunior sit q̃z effectus. sicut aial q̃z respirare. sed est solum remota remotione ĩmediatõis. quia nõ est ĩmediata illi effectui. ⁊ per talem causam sic remotã cõtingit demonstrare taz affirmatiue q̃z negatiue ⁊ erit demõstratio ꝓpter quid ⁊ non quia. aliter astrologus demõstraret eclypsim de luna demonstratione simplr qz est. qd nõ est dicendũ. vnde solẽ esse ĩ capite vel in cauda draconis est quodãmodo cã mediata ⁊ quodãmodo immediata. est enim causa mediata qz mediat alia cã. ſ. interpositio terre. ⁊ ē cã immediata qz nõ mediat aliqua causa positiua. ideo eclypsis lune demõstrat p quãlibet illaz causaz ꝓpter qd a ꝓori nõ tñ potissime sz tãtuz p iterpositionẽ terre q̃ ē cã simplr ĩmediata. Iste modus loquẽdi ē phi. 2° phi. di. ꝙ abnitia naute est cã submersiõis nauis sic p̃sentia ē cã salutis. ⁊ quoniaz non submergitur nauis nisi p cãm positiuã mouentez eã. ideo submersio nauis ex duplici cã poterit demõstrari ꝓpter qd ⁊ a ꝓori. q̃rũ vna ē positiua ⁊ altera ꝓuatiua. ita solẽ esse in capite vel in cauda draconis ē cã positiua. ⁊ iterpositio terre est causa ꝓuatiua eclypsis lune. ¶ Ex qbus sequitur ꝙ magis demõstrat naturaliter eclypsim de luna q̃z astrologus. qz nãlis demõstrat per cãm simplr ĩmediatã. ſ. p iterpõnem terre. ⁊ astrologus p cãm ĩmediatã fm qd. lz. n. nulla sit cã mediata positiua: tñ aliq̃ est cã mediata ꝓuatiua.

Alio autem modo differt ꝓpter quid ab

1.9.4 Nota primus

Nota primus

ipso quia.q; est per aliam sciam vtrũq; speculari. Huiusmodi autẽ sunt quecũq; sic se habent ad iuicem q; alterũ sub altero est. vt speculatiua ad geometriam. machinatiua ad sterio metriaz. ⁊ armonica ad arithmeticã. ⁊ apparentia ad astrologiam.

¶ Ista est scda pars huius capli ĩ q̃ Aristo. determinat dñiam demstrationũ q: ⁊ propter qd in diuersis scĩtijs postq̃ inuestigauit dñiam earũdem demstrationũ ĩ eadez scia. ⁊ ponit tres regulas. Quaꝝ ꝑma est ista. qñcũq; aliqua scia subalternat alteri ꝓm se totã illa dicit q:. subalternãs vero ꝓpter qd. Scda regula. qñcũq; sunt due scie q̃ꝝ vna alteri subalternat ꝓm ptem ⁊ nõ ꝓm se totã subalternata dicit q: ⁊ subalternãs ꝓpter qd. ibi bz aũt se. Tertia regula si due scie nõ inuicez subalternantur tñ sunt circa eãdez ꝓpõnez respcũ illi⁹ vna dicit q: ⁊ altera ꝓp qd ibi multa eni. ¶ Prima regula est mãi festa. q: si aliqua scĩtia simpliciter alteri subalternatur vt ꝓspectiua geometrie ⁊ musica arithmetice. principia q̃ ꝑsuponũtur tanq̃ vera ĩ scĩtijs subalternatis sunt determinata ĩ scĩtijs subalternãtib⁹ ꝓp quid. ergo scia subalternata dicit q: ⁊ subalternãs ꝓp qd. ¶ Notãdum ꝓm pbz q; illa scia alteri subalternat ꝓm se totã cui⁹ adeq̃tũ subz alterius scie subo subalternat. ⁊ sic se bz perspectiua ad geometriã. musica ad aritbme. mechanica ad sterio metriã ⁊ naualis ad astrologiã. vñ subz geo. est linea vel magnitudo. ⁊ subz ꝓspectiue linea visualis. Itẽ subz arith. ẽ numerus. ⁊ musi. numer⁹ sonor⁹. Itẽ subz steriometrie ẽ corpus mẽsurabile vt ẽ ordinatũ ad op⁹. ⁊ subz mecha. ẽ edificiũ mẽsurabile. Itẽ subz astronomie ẽ corp⁹ celeste. naualis aũt signũ apparẽs corpis celestis ⁊ q; ista sint subiecta taliũ sciarũ pz ex passiõib⁹ ꝓsideratis ĩ illis. vñ geo. cõsiderat mensurã q̃ntitatis ꝓtinue ĩ ordine ad diuisionẽ. ⁊ arithmetica q̃ntitatis discreť. ꝓspectiua aũt mensurã q̃ntitatis ꝓtinue in ordine ad visionẽ musica q̃ntitatis discrete ĩ ordine ad sonũ. Itez steriometria ꝓsiderat mẽsurã corpoꝝ vt sunt ĩ ope. ⁊ mechanica edificioꝝ. astronomia aũt ꝓsiderat motũ corporũ celestiũ ⁊ planetaꝝ. naualis cõsiderat eũdẽ motũ per respectũ ad signa apparẽtia celi vl aeris. vt q; luna facit circulũ aut q; celũ rubet. ¶ Dubitat de steriometria vtꝝ subalternat geo. ⁊ arguit q; sic eo q; nõ cõsiderat de mẽsuris corpoꝝ de qb⁹. ĩ. elemẽtoꝝ euclides ꝓsiderat. ¶ Ad hoc sunt diuerse opiniones quaꝝ ꝑma ponit q; steriometria ẽ pars geo. vz. duodecima pars elementoꝝ euclidis. sed põt ĩpugnari dicendo q; tota geome. ẽ speculatiua ⁊ steriometria ẽ practica. ¶ Scda opinio dicit q; ẽ media ĩter geo. ⁊ mecha. eo q; geo. est abstracta simpliciter. ⁊ mecha. simplr mãlis. steriometria ãt tenet mediũ eo q; nõ est simplr mãlis nec simplr abstracta ⁊ ideo nõ subalternat simplr geo. nec est aliqua ꝓs eius. ¶ Tertia opinio ait q; ex steriometria mecha. ⁊ machinatiua fit vna scia practica sub alternata geo. ꝓm se ⁊ q̃libet eius partẽ. cũ quo tñ stat q; itez vna ꝓs alteri subalternet. vz. machinatiua mecha. ⁊ ambe sil subalternentur steriometrie. sicut scia paruoꝝ nãlium subalternatur scientie vegetabilium ⁊ ambe simul scientie de anima. ¶ Ex ꝑdictis seqtur ꝑmo q; alr subalternat pars toti vel alteri parti. ⁊ alr tota scĩtia toti scie. nã scia partialis sic subalternat scie totali vel alteri parti cõiori q; tẽdit in eũdẽ finẽ vltimatũ. sic autẽ nõ subalternat totalis scia alteri scie totali. q: intendũt diuersos fines. vñ geo. itẽdit mensurare q̃ntitates cõtinuas. ⁊ ꝓspectiua distãtias iter visum ⁊ visibile. sz sicut pbs nãlis vlis intendit scire trãsmutatationẽ corpoꝝ nãliuz. sic pbs spãlis. ¶ Scdo seqtur q; sic pbs nãlis descendit in medicinam theoricã. ⁊ medicina theorica ĩ medicinã practicã. ⁊ practica postmodũ ĩ cirurgiã. ita geometria decẽdit in steriometriã. ⁊ steriometria ĩ mechanicã. ⁊ mechanica ĩ machinatiuã. illas. n. cãs q̃s ꝓsiderat geo. alr ꝓsiderat steriometria applicãdo ad mensuras corporũ ꝓsiderando de qbuslibet corporib⁹ sensibilib⁹ quõ se habẽt ad iuicẽ ⁊ in qua ꝓportione. ita q; steriometria est q̃si q̃dã practica geo. sicut ergo steriome. q; ẽ artifex sensibilis accipit a geo. qui ẽ artifex abstractus ⁊ eleuat⁹: ita mechanicus q; ẽ artifex erigẽdi edificia accipit a steriome. q̃ est magis vlis ⁊ minus sensibilis. ⁊ ꝓnter machinatiuus q̃ est artifex faciendi machinas accipit a mechanico cũ sit magis specialis atq; materialior.

Fere autẽ vniuoce sunt haꝝ scĩtiarum quedam vt astrologia mathẽatica que est ⁊ naualis ⁊ armonica: mathematica que est secundum auditum: hoc autem ipsum quia sensibilium ẽ scire.

¶ Iuxta ꝑdicta pbs dat duo documenta. Quoꝝ ꝑmũ ẽ istud: aliq̃ scie subalternãtes ⁊ subalternate sunt vniuoce. qd̃ sic declarat. vniuoca sũt illa quoꝝ nomẽ ẽ cõe ⁊ rõ sube est eadẽ. vt habet ĩ añpredicamentis. sz astrologia. mathe. ⁊ naualis hñt idẽ nomẽ ⁊ eandem rõnez ergo ambe sunt vniuoce. pz ꝓña cũ maiori q: q̃libet earũ dr astrologia. minor est aũt euideus q: quelibet earũ est de motib⁹ planetaꝝ lz nõ eodẽ mõ. naz astrologia mathe. est de illis simplr ⁊ ꝓm causas suas. sed naualis est ꝑ habitudinez ad signa apparentia celi vel aeris. silr musica mathe. ⁊ musi. ꝓm auditũ ꝓueniũt ĩ nomine. q: q̃libet earũ dicit musica. ⁊ ĩ rõne. q: quelibet eaꝝ est d̃ sono ⁊ melodia lz nõ eodem mõ q: musi. mathe. est de ꝓsonantia subtilr ⁊ per causas. musica autez ꝓm auditũ que est ars pulsatiua vel cãtatia est de ꝓsonãtia mõ grosso ꝓm signa sensibilia. s. ꝓm tantã vel tantaz eleuationez vocũ aut ꝓm talẽ vel talem applicationem manus ad istrumentũ. ¶ Notãdũ primo ꝓm Egi. q; astrono. mathe. dicit ĩ duas ꝑtes. Quaꝝ ꝑma est theorica ꝓsiderans de motib⁹ planetaꝝ iuxta ꝓpinquitatem ⁊ distãtiã ꝓut sunt ĩ tali vel ĩ tali domo. ¶ Secũda est practica ꝓsiderãs idez ĩ ordine ad effectus ꝓducendos ĩ his iferioribus. s. serenitatez tẽpestatẽ ⁊ hmõi. ⁊ hec dicit iudiciales. Manualis aũt cõsiderat illos motus ĩ ordine tantũ ad serenitatem ⁊ tẽpestatem per signa apparẽtia vt ꝑ circulũ lune aut rubedinem maris. ¶ Sz mihi videt aliter dicendũ q; sicut scia ꝓsiderãs hominẽ vt est ꝓductiuus alicuius effectus est speculatiua. sic scĩtia cõsiderãs eum vt cõponit ex materia ⁊ forma. ita Astro. cõsiderãs motus planetaꝝ vt per illos fiũt tempestates ⁊ serenitates in his iferiorib⁹ ex determinatis causis est ita speculatiua sicut illa que ꝓsiderat illos motus ꝓm ꝑpinquitatem ⁊ distantiam ĩ suis domibus. naualis aũt est bene practica q: ꝑcipit fugaz ⁊ ꝓsecutionem ꝓm apparentiã taliũ vel taliũ signoꝝ. similiter ista astrono. est practica q̃ ꝑcipit serenitatem ⁊ de ambulationez tali tempore ⁊ non tali ꝓpter tales effectus futuros ex tali vel tali coniũctione planetarũ. ¶ Secundo notãdũ ꝓz Egi. q; astrologus potest vere iudicare de futuris cõtingentib⁹ ꝑ motũ planetarũ. vnde iudiciũ astrologi ꝓz ptholomeum ĩ centiloquio debet habere duas conditiones. Prima q; sit mediuz iter possibile ⁊ necessariũ: minus scilicet q̃ necessarium ⁊ magis q̃ possibile. nõ enim est necessarium q; semper sit verum. quia ⁊ si planete consimiliter se habent sicut ante nõ tamen cõsequit simil effectus quia forte materia non est oino cõsimiliter disposita. ¶ Secunda conditio q; sit vniuersale ⁊ non particulare. potest enim vere iudicare q; hoc anno erit multũ vinũ ⁊ ꝓñr q; multi inebriabunt tamen ex hoc nõ dz iudicari q; vinea sortis habebit multũ vinũ aut q; ipse inebriabitur. ¶ Sed ꝑma conditio apparet difficil q: ꝓm pbm primo metbau. necesse est hunc munduz inferio

Nota primus

Nota secundus

rē lationibus superioribus continuari. vt omnis virtus eius ide guber net. ergo si plācte ꝓsilr se hāt materia ē ꝓsilr disposita. ¶ Respondet negādo consequentiā qr respectu planetarū ꝓsilr se hntium eadem terra nūero magis ⁊ min⁹ fructificat. vbi.n. dispositio materie dependet solum a corporibus celestibus illa consequentia ē bona. sed vbi dependet etiā ab itellectu arte vel voluntate tanqꝫ a causa fine q̄ nō: ⁊ tanqꝫ ab agente applicante passiuū actiuo illud nō sequitur. ¶ Dubitatur circa documentum pbi vtrū oēs due scie quarū vna ē sub alternans ⁊ alia subalternata sint vniuoce sicut alique dicunt vniuoce. ¶ Istud dubiū soluitur fm lynco. dicendo q̄ non. vñ si aliqua scia subalternatur alteri ⁊ ambe coincidūt i eandē ꝓsideratione ille nominātur eodē nomine vt astro. mā: ⁊ inaualis. si autē nō coincidūt ñ sūt vniuoce vt geome. ⁊ pspectiua. est enī perspectiua de linea sub rōne visionis nō autē geome. ⁊ ita dicat de musica respectu arithmetice.

Du^m primus

Sed ipsum pp qd mathematicorum. Hi enī causarum demonstrationes habent.

¶ Secundū documentū pbi est q̄ triplicter differunt scie sub alternantes ⁊ subalternate. Primo quidē i mō scīēdi qr subalternans facit scire ppter qd ⁊ subalternata qr. qd̄ pōt dupliciter intelligi. vno ° q̄ respectu eiusdē subalternās dicit ppter qd respectu cui⁹ subalternata dicit qr. ⁊ hoc est generaliter verum ppter principia vnius que sunt cōclusiones alterius. alio modo q̄ subalternans demonstrat p medium ppter quid ⁊ subalternata solum p medium qr. ⁊ hoc nō ē vniuersaliter verum. quia licet naualis aut musica fm auditū sic pcedat non tñ pfectiua ⁊ musica mathema. quia quelibet earū pcedit demonstratiue pp quid a priori. ⁊c.

Et multotiens nesciunt ipsum quia. sicut vle cōsiderantes multotiēs q̄dam singulariū nesciunt pp id qd̄ non intēdunt.

¶ Secōdo differūt scia subalternans ⁊ subaltenata i mō rei scite. quia aliquando subalternās habet propter qd alicuius effectus a quo tñ nō cognoscit sz a scia subalternata. vbi gratia geometer vt sic habet ppter qd illius effectus. vniuersa circularia tardius sanant. s. ppter nō habere angulum ⁊ non scit illam ppositionem sed bñ cirurgicus. scit enī geometer q̄ circulus nō hz angulum. ⁊ hoc ē scire cāz q̄re vulnus circulare tardius sanat. nā vbi est angulus ptes ppinquiores sunt ppter q̄rum ppinquitatē citius sanatur vuln⁹ qr citi⁹ cōiūgunt ptes inicē. circulare autē tādi⁹ pp maiorē distantiā ptiū.

Sunt autem hec quecūqꝫ alterum quid sit secundum substantiam ⁊ vtuntur spēbus. Mathematice enim circa species sunt. Nō enim d̄ subiecto aliquo: si enim d̄ subiecto aliquo geometria sunt: sed non secundum qd̄ de subiecto sunt.

¶ Tertio differūt scia subalternās ⁊ subalternata i mō cōsiderādi. nā geome. cōsiderat lineā absqꝫ mā ⁊ absqꝫ aliqua passione sensibili. sz nō possit ēē linea sine illa. non autez pspectiua sed necessario in ordine ad visionem ⁊c.

No^m primus

¶ Notādū fm Egi. q̄ mathe. sz abstrahat a mā q̄li: tñ nō abstrahit a mā simplr qr non abstrahit a mā q̄tta. pus. n. est i mā q̄ttas q̄ q̄lltas. ⁊ omne pus stat intelligi sine suo posteriori. iō stat itelligere q̄ttatem esse i aliquo nō itelligendo q̄ttatē ēē in mā q̄li. Ego autez dico q̄ sz mathe. non abstrahat a mā itelligibili q̄ est q̄ttas q̄tinua vel discreta. abstrhat tñ tā a mā intelligibili que est p̄ma mā cōsiderata absqꝫ forma q̄ꝫ a mā sensibili q̄ est eadem mā cōsiderata. cum forma sensibili: qr sz q̄ttas sit accñs qd̄ prio est subo fz eōmē. iz. metha. ⁊ p̄sr

p̄supponit subam ordine nature: qr tñ nō includit subaz i suo conceptu qd statuo pōt mathe. abstrahere quātitatem ab oī suba. ideo dicit Ari. q̄ sz geo. necessario sit in subo tamen intelligitur sine subo quia non circuncernit subz ac si esset sine subo.

Habet aūt se scia de yride ad p spēm naz sicut hec ad geometriam. alia ad ipsam vt id quod ē d̄ yride ipsū qdez qr physici ē scire. sz propter qd speculatiui aut simpliciter aut scōm doctrinam.

¶ Secōa regula est ista. quādocūqꝫ sunt due scie quoꝝ vna alteri subalternat fm ptē ⁊ nō fm totū subalternata dicit qr subalternās dicit pp q̄d. pz de pbsa nālī q̄ dicit qr quo ad illam ptē q̄ est de iride ⁊ perspectiua ppt qd. sic pspectiua dicit qr est de aliquo de quo geome. dicit pp qd. Et si dicat qd̄ est subm ulius partis pbie. dicatur q̄ ē linea visualis reflexa in nube. ¶ Ex ista regula sequitur q̄ pbia nālis quātū ad illā partē que ē de iride nō solū subalternatur pspectiue: sed etiā geome. qr linea visualis reflexa i nube subalternat lincē visuali. ⁊ linea visualis subalternat lineē. ⁊ p ꝓns illa pars que est de iride subalternat geo. iuxta doctrinam aris. superius traditā. vñ aliq̄ cōpetunt lineē fm q̄ huiusmodi. ⁊ fm hoc pspectiu⁹ accipit a geo. ⁊ nō dicit nisi. qr. geome. āt ppter q̄d. aliqua aūt cōpetūt lineē fm q̄ visualis. ⁊ isto mō perspectiuus nō accipit a geo. sed dicit ppter quid. cū ergo pars pbie que est de iride aliqua presupponat que cōpetūt lineē inquātū huiusmodi. ⁊ aliqua cōpetūt lineē iquātū visualis. ergo vtraqꝫ illaꝝ subalternat sic q̄ nālis qr ⁊ pspectius pp q̄d aut simplr aut fm doctrinā receptam a geome.

Multe. n. ⁊ non sibiinuicem sciarū habēt se sic vt ad geometriam medicina: quod enīz vulnera circularia tardius sanant medici est scire qr pp quid aūt geometre.

¶ Tertia regula. si sint due scie quaꝝ vna altert nō subalternatur fm se totā nec fm ptē. sic tamen q̄ sint circa eādē ppōnē necessario respectu illius vna dicit qr ⁊ altera pp q̄d. patet. nā medicina nō subalternat geo. fm totū nec fm ptē sed versat circa istā ppōnez. vt vulnera circularia tardius sanant. de q̄ geometra dicit ppt quid ⁊ medicus qr. nā medicus nō demōstrat illam sz geo. nō simplr sed vt descendit i medicinā seu cirrurgiam: isto mō. omne vulnus hñs latera magis distantia tardi⁹ sanat: sed vulnus circulare hz latera magis distātia q̄ꝫ aliud vulnus qr nō hz angulū. ergo tādius sanat q̄ꝫ aliud vulnus. vnde latera triāguli vel quadrati sunt ppinquiora rōne anguli q̄ꝫ latera circuli. ¶ Sz dubitat qr ista ppō vulnera circularia tādius sanantur est pars medicine. s. cirrurgie. ergo sicut pbia nālis subalternat perspectiue aut geo. rōe partis. ita etiā medicina subalternat geo. rōe ptis. ¶ Dicēdū q̄ sicut pūcta non sunt partes linearum: sed pncipia tantum. ita principia sciaꝝ non sunt ppie partes illarum. nā scientia est hīt^a per demostrationem acquisitus. pn^a aūt pcedunt d̄mōstrationē ⁊ sunt cause illi⁹ ac scie que acq̄rit p illā. iō pn^a non sunt ppie partes sciaꝝ. Propterea geo. nec fz totum nec fm ptem subalternatur pbie naturali quātum cūqꝫ aliqua eius principia pbent in scia naturali. s. a pūcto ad punctū contingit lineam rectam ducere. quodlibet continuum est diuisibile i infinitum. respcū taliū p pōnū nālis dicit ppter quid ⁊ geo. quia. in medicina illa ppō est pn^m vulnera circularia tardius sanantur qr illam non pbat medicus sed geo. ideo non est pars medicine. propter quā cām medicina nec fm se totam nec fm partem subalternatur geo. pōt tamen subalternari

Fm quid q: Fm algd sui.s.Fm aliqd pn^m eius.quo etiã
Nota^m solet dici geome.subalternari pbie uãli rõe noiatoꝫ pn
cipioꝫ. ¶ Intelligendus tñ q Fm cõem modũ loquen
di nõ solũ habitus acquisitus p dõmonstrationẽ vocatur
scientia sed etiã demostratio ipsa ⁊ ꝓter cõclones ⁊ p
misse ac principia demostrabilia dicuntur ptes sciarum
ideo solet cõcedi geome.subalternari pbie nãli ⁊ medi
cinã geometrie Fm ptes.sed istũ modũ loquẽdi non hz
pbs in lra. ¶ Circa pdicta d demõstratõe q: ⁊ ppter
qd q̃ritur vtrũ demõstratio q: ⁊ demõstratio ppt qd
essentialr ⁊ specifice differãt. Et arguitur q̃ non.naz d
monstratio ppter q̃d erit demonstratio q: ⁊ econtra.
ergo nõ differũt specie.patet ꝓña q: dñia specie non pos
sunt de se inuicẽ verificari ⁊ antecedens est manifestum
q:ex termis demõstratõis ppter quid i scripto vl i mẽ
te põt fieri demonstratio q:.concludendo causam p ef
fectum sicut iã eõcludit effectus p causam. ¶ Secundo
sic. sit a ista demonstra.io.oẽ aial rõale est disciplinabi
le ois homo ẽ aial rõnale ergo ois hõ ẽ disciplinabilis.
⁊ sit b.ista demõstratio oẽ disciplinabile ẽ aial rationale
ois hõ ẽ disciplinabilis ergo oẽs hõ ẽ aial rõnale.⁊ ar
guit sic quilibet pars a.est eiusdẽ specie cum aliqua p
te b.⁊ econtra:ergo a ⁊ b .sunt eiusdẽ spẽi. pbat ꝓña q:
sic optime ꝓbatur sortẽ ⁊ platonẽ et eiusde spẽi. ¶ Ter
tio omne qd differt ab alio specie:per aliquid differt ab
illo.sed a per nihil differt specie ab ipso b.q: omnis ter
minus a est eiusdẽ spẽi cũ aliquo termino b:⁊ econtra.
ergo. ¶ Quarto demõstrãtõi ppter qd ⁊ demonstratio
ni q: cõpetit eadem diffõ.ergo pz ꝓña.⁊ añs ꝓbat q:
tã demonstratio q:q̃z demonstratio ppter q̃d:est syllo
gismus faciẽs scire. ¶ In oppositũ arguit sic.actus ⁊
habitus distinguunt p obiecta vt colligit 2° de aia.sed
obiecta demõstrationũ q: ⁊ ppter quid sunt diuersaꝫ
spẽꝫ sicut etiã dñt spẽ effect^9 ⁊ cã a quibus depẽdent
ille demonstrationes ergo. ¶ Deinde diuersitas demõ
strationũ bẽt attendi penes diuersitatẽ mediorꝫ. sed me
dia illarũ demõstrationũ sunt diuersarũ spẽrum sicut etiã
effect^9 ⁊ cã a quib^9 sumuntur illa media.ergo demõstratio
q: ⁊ propter quid sunt diuersaꝫ spẽruz . ¶ Ad primuz
negatur ꝓña sicut nec sequitur albũ erit nigrũ ⁊ econuer
so.ergo albũ ⁊ nigrũ nõ differunt spẽ. verũ erit falsũ.⁊
econtra.ergo verũ ⁊ falsum nõ differunt spẽ.⁊ cũ dicit
diuersa i spẽ non possunt de se inuicẽ verificari. verum
est in abstracto.sed nõ in cõcreto. Itẽ negatur q̃ demõ
stratio q: erit demõstratio ppter quid ⁊ ecõtra. Et ad ar
gumentũ negatur ꝓña q: ad demõstrationẽ concurrũt ter
mini mãliter ⁊ ordo vel compositio formalr.vnũquod
Nota^m q̃ autem denominatur a forma sua.ideo quia ordo de
p^m mõstrationis quia.nunq̃ erit ordo demõstratõis ppter
qd nec ecõtra.iõ hec demonstratio nunquã erit illa nec
econtra. ¶ Ad 2^m negat q̃ quelz pars a sit eiusdez spẽi
cũ aliqua parte b.⁊ econtra.q: pmisse a.⁊ b.sunt ptes
a.⁊ b.⁊ tamẽ non sunt eiusdem spẽi. Et si queritur de
istis oẽ animal rõale ẽ disciplinabile.⁊ omne disciplina
bile est animal rõnale.vtrum sint eiusdẽ spẽi vel diuer
sarum.dico q̃ sunt diuersarum spẽꝫ.quia vt supra pa
tuit pdicatum habet rõnẽ forme.constat autem illa pre
dicata esse diuersarum rõnum. ¶ Et si ar.vt supra que
libet pars vnius est eiusdem spẽi cum aliqua parte al
terius ⁊ econtra.ergo sunt eiusdem spẽi.negat ꝓña q:
distinctio actuũ ⁊ habituum habet attẽdi penes distin
ctionẽ obiectorum ⁊ non partium.deinde negat añs q:
licet quelibet pars materialis sit eiusdem spẽi cuz alia p
te materiali alterius.nõ tamen quelibet pars formalis
vnius est eiusdem spẽi cũ aliqua parte formali alterius.
quia illi ordines qui sunt partes formales illarum pro
põnum non sunt eiusdem rõis.vnde albũ ⁊ nigrũ dif
ferunt spẽ:⁊ tamen stat q̃ quelibet pars materialis vni
us sit eiusdem specie cum aliqua parte materiali alte-
rius.non tamẽ albedo ⁊ nigredo sunt eiusdẽ specie
que sunt partes formales albi ⁊ nigri. ¶ Ad 3^m conce-
do q̃ a differt spẽ ab ipso b.per aliquid.⁊ tunc ad ar
gu^m negatur consequentia:quia termini.⁊ b.se habent
tanquaz materialia.dato enim q̃ a.esset vnus cultellus
argenteus ⁊ b.vna fiala argentea adhuc a.⁊ b.differũt
spẽ licet partes materiales.a ⁊ b.sunt eiusdez speciei q:
figure sunt diuersarum specierum que sunt partes for
males a.⁊ b.⁊ si allegatur Aristo.primo phi.di. q̃ ex
non substantijs non fit sustantia ⁊ q̃ nullum accidens
est pars substantie. illud concedit.tamen ex non sub
stantijs fit accidens tam in concreto q̃z in abstracto.⁊
consequẽter dicitur q̃ a.cultellus ⁊ b.fiala sunt nõ sub
stantie sed accidentia in concreto. ¶ Ad quartũ negatur
consequentia:quia homo ⁊ asinus differunt specie.non
obstante q̃ diffõ animalis competat cuilibet illorum.q:
illa ẽ diffõ animalis in communi ⁊ ideo alicuius illoruz.
ista demonstratio quia ⁊ propter quid differunt specie li
cet eadem illis competat diffõ:quia illa non est diffinitio
alicuius illorum sed demonstrationis i cõmuni.ideo syl
logismus faciens scire per causam immediatam ẽ diffi
nitio dõmonstrationis in communi.ideo syllogismus fa
ciens scire per causam immediatam est diffinitio demõ
strationis propter quid ⁊ syllogismus faciens scire nõ
per cãm imediatam ẽ diffinitio demonstratõis quia.

Figurarum autem magis scire faci-
ens maxime prima est mathematicẽ.⁊ enim sciarum per hanc fuerunt p^m 9°3. tractat^9
demonstrationes vt arithmetica ⁊
geometria ⁊ perspectiua.

¶ Iste est tertius tractatus primi posteriorum in quo
aris. determinat de syllogismo dõmonstratiuo qualis ⁊
quãtus debet esse postq̃z determinauit qd est ⁊ ex qb^9
ẽ demõstratio tã formalr q̃z vtualr. Et diuidit i q̃tuor ca
pitula quoꝫ primũ agit d syllogismo aggenerãte sciaz.
Secdz d syllogismo aggenerãte ignorãtiã ibi . ignorãtia
autez.3^m de qditate ⁊ ꝓcessu syllogismi demõstratiui ibi.
ẽ ois aũt.quartũ de q̃litate ⁊ q̃z titate eiusdẽ ibi.cũ autez
fit demõstratio. ¶ Quãtũ ad primũ aris.põit istã ꝓclonẽ.
pria figura magis facit scire q̃z aliqua aliarũ figuraruz.
ꝓbatur quadruplr. Et p° sic.illa figura magis facit scir i
q̃ syllogizãt scie certissime ⁊ maxie facientes scire.sed in
pria figura syllogizãt huiusmõi scie ergo ⁊ c. pz ꝓña cũ
maiori: ⁊ minor ꝓbatur iductiue.eo q̃ arithme.geome.
⁊ pspectiua que dicũtur scie certissime ⁊ maxie faciẽtes
scire syllogizant in pria figura. ¶ Notãdũ Fm Egi. q̃
metha.est scia certissima Fm,nãm.s; quo ad nos certi-
sime sũt scie mathe.q: ꝓcedũt a notioribus nobis ⁊ na
ture.phisice aũt nõ sũt ita certe q: ꝓcedunt a notiorib^9
nobis ad notiora nature.sũt tamen certiores metha. q:
phisice ꝓcedunt ab effectu ad cãm magis ꝓpinquã q̃z
metha.⁊ iõ quo ad nos mathe.sũt i prio gradu certitu
dinis.⁊ phisice i secdo ⁊ metha.in 3° ⁊ hoc intendit com
mẽtator i 2°.metha.di.q̃ scie mathe.sunt in prio gradu
certitudinis ⁊ nãles sequũt eas. ¶ Sed põt sic argui.
sensibilia ꝓpria magis sũt nobis nota q̃z sensibilia cõia
q: sensibilia ꝓpria cognoscunt a nobis p se prio sensibi
lia aũt cõia p se ⁊ nõ primo vt determinat 2°.de aia. ac
ẽt q: sensus non decipit circa sensibile ꝓprium.bene au
tẽ decipit circa sensibile cõe p aris.ibidẽ.sed phia nãlis
cõsiderat de sensibili ꝓpro.s. de colore: sapore ⁊ odore
sono ⁊ qualitate tãgibili.mathe.autẽ considerat sensibi
lia cõia.s.magnitudinẽ numerũ ⁊ figurã.ergo scie nã
les sunt certiores quo ad nos q̃z mathe. ¶ Ideo est aliter
dicendũ vt sepius dixi q̃ scie nãles quo ad nos ⁊ quo
ad naturam ex parte obiecti ⁊ medij demõstratiui sũt
notiores ⁊ certiores mathe.sed quo ad modum proce
dendi mathe.sunt certissime ⁊ notissime quia procedũt
simul ⁊ semel a notiorib^9 nobis ⁊ nature.⁊ hec est ita

tio aris. hic ⁊ cõmẽ. secũdo metha. ¶ Dubitatur que il larum trium nominatarũ sit certior. Respondet Egi. ꝙ scia superaddens alteri ẽ minus certa vt testat aris. i prohemio metha. ⁊ ideo perspectiua est minus certa q̃z alie due: q: supperaddit ⁊ est minus abstracta. ⁊ quoniam punctus dicit positionẽ in continuo ĩõ videt superaddere vnitati ⁊ cõsequenter ẽ minoris simplicitatis. ergo arithme. est certior geome. ¶ Contra istud vltimuz arguitur ꝙ tã quo ad nos q̃z quo ad naturã magnitudo precedit numero eo ꝙ numerus causat ex diuisiõe continui paristor. 3° phi: sz magnitudo ẽ subiectũ geome. ⁊ numerus arithme. ergo geome. est notior ⁊ cõsequenter certior arithme. dicit enim cõmentator secundo de aia ꝙ numerus est priuatio magnitudinis: eo ꝙ numerus cognoscitur per magnitudinẽ si enim cognoscitur numerus cognoscitur magnitudo ⁊ non econtra. nec est verum ꝙ punct? vt sic dicat positionem in continuo. quia sicut vnitas est principiuz numeri ita punctus est principium magnitudinis: ideo sicut vnitas non superaddit puncto ita nec punctus vnitati. tamen punctus vt copulat partes magnitudinis inuicem dicit positionem in continuo. ¶ Est ergo aliter dicendum ꝙ geome. ⁊ arithme. possunt inuicem cõparari fm subiecta ꝓpinq̃ ⁊ remota. si fm subiecta propinqua: sic notior ⁊ certior est geome. q̃z arithme. sicut etiam certior ẽ ⁊ notior magnitudo q̃z numerus. si aũt cõparantur fm substãtia remota. sic notior ⁊ certior est arithme. q̃z geome. q: notior ⁊ certior est quo ad nos vnitas q̃z punctus. sed quoniam scienti: magis denominantur a subiecto propinquo q̃z remoto. ideo absolute loquendo notior ⁊ certior ẽ tã quo ad nos q̃z quo ad naturam geome. q̃z arithme. ⁊ huiusmodi figuum est quia euclides prius determinat geome. q̃z arithme in libro elencorum suorum iuxta doctrinam Aristo. in prohemio phi. di. ꝙ semper a notioribus inchoanda est doctrina.

Et fere dicere ẽ quecũque ꝓpter quid faciunt speculationem. aut enim omnino aut sicut frequentius ⁊ in pluribus per hanc figuram que est ꝓpter quid fit syllogismus quare ⁊ per hanc erit maxime faciens scire propter quid speculari.

¶ Secõ arguit ad eandẽ cõclusionẽ sic. illa figura magis facit scire ĩ qua semp vel frequẽter syllogizatur per mediũ ꝓpter quid. sed pria figura ẽ huiusmõi. ergo illa magis facit scire. maior pz q: demõstratio ꝓpter quid maxime facit scire. ⁊ minor ẽ nota eo ꝙ semp vl frequẽter cũ fit demõstratio ꝑ medium ꝓpter qd. cõcluditur vlis affirmatiua que nõ põt cõcludi ĩ tertia figura nec ĩ secunda. ¶ Et notãter dicitur semp vel frequenter. q̃a posset demõstrari cõclusio pticularis vel indefinita affirmatiua ĩ tertia figura. ⁊ hoc ꝑ medium ꝓpter quid vt oẽ animal rõnale ẽ disciplinabile. omne aial rõnale ẽ homo. ergo hõ est disciplinabilis. ¶ Et dicitur ẽt mediuz ꝓpter qd: q: ꝑ medium q: cõiter syllogizatur ĩ secũda figura: vt quãdo fit demõstratio ꝑ causam remotã. aut per effectũ ñ conuertibilẽ maioris cõmunitatis q̃z sit cã ĩ secunda. ergo ⁊ in tertia figura raro demõstratur ꝑ medium ꝓpter quid: ex quo secũda figura nõ cõcludit affirmatiue: nec tertia vl'r. ¶ Notandũ ꝙ prima figura concludit vl'em affirmatiuam ⁊ vl'em negatiuam: pticularẽ affirmatiuã ⁊ pticularem negatiuã vt est manifestuz discurrẽdo ꝑ quattuor primos modos prie figure. Secunda autẽ figura nõ cõcludit nisi vl'em aut pticularez negatiuam. Tertia vero figura nõ cõcludit aliquã vl'ez affirmatiuã vel negatiuã. sed tñ pticularez affirmatiuã vel negatiuam. ergo secũda figura ⁊ tertia cõtinẽtur ĩ prima figura. sed demõstratio ꝓpter qd debet fieri in ea figura que cõtinet oẽs alias figuras sicut demõstratio ꝓpter qd cõtinet oẽs alias demõstrationes ⁊ in caz resoluuntur oẽs alie demõstrationes: ergo demõstratio propter quid maxime fit in prima figura.

Postea ipsius quod quid est scientiam ꝑ hanc solam figuram venari possibile est. in media enim figura non cathegoricus sillogismus sed ipsius quod quid est scientia est affirmationis. in vltima fit qdẽ sed non vniuersaliter: sed quicquid vniuersalium ẽ nõ enim quodãmodo est animal bipes hõ.

¶ Tertio arguitur ad cãdẽ cõclusionẽ sic. illa figura magis facit scire que demõstrat vl'r diffinitionẽ de suo diffinito: sed pria figura ẽ huiusmodi ergo. maior pz q: illõ est scire potissimũ cũ diffinitio scitur de suo diffinito. minor vero ẽ clara cũ secũda figura nõ demõstret affirmatiue nec z tertia vl'r. ¶ Notandũ ꝙ nõ solũ demõstrat vl'r passio de subiecto suo sed ẽt diffinitio d̃ suo diffinito. s. mãlis per formalem sic arguendo. oẽ aial rõnale est corpus cõpositũ ex corpore ⁊ aia intellectiua. sed hõ est animal rõnale. ergo hõ est corpus cõpositum ex corpore ⁊ aia intellectiua. ⁊ differt ista rõ a prior: quia illa erit vlis hec aũt pticularis. Et ex isto pz ꝙ primus modus dicendi ꝑ se ingredit formaliter demonstrationẽ. q: dicit Arist. in lra ꝙ ipsum qõ qd est venatur ꝑ primã figuram. ⁊ hoc põt cẽ duplr aut concludendo diffõem per diffõnez aut cõcludendo diffõnem per passionẽ. si concluditur diffõ mãlis per formalem aut passio per diffõnem subi est demonstratio ꝓpter quid. si autem concluditur diffõ formalis ꝑ mãlẽ aut aliqua illarũ ꝑ passionez posteriorẽ est demonstratio q: est ꝓcedẽs a posteriori. Mom ꝑm

Amplius hec quidem illis nihil indiget. Ille autem per hanc densantur ⁊ augmentãtur quousqz vtiqz ad immediata veniant. Manifestũ igit qõ maxie ꝓprium scientie prima figura.

¶ Quarta arguit ad eandẽ cõclusionẽ sic. illa figura magis facit scire qua alie indigent ⁊ non econuerso. sed prima figura est huiusmodi ergo. maior patet. minor ẽ nota. quia omnes modi secunde ⁊ tertie figure reducũtur ad modos pme figure. reducit enim secunda per condẽsationem. ⁊ tertia per augmẽtationem. ¶ Notandum primo ꝙ operatio facta versus materiam dicitur diminutio ⁊ cõdẽsatio. operatio autem facta versus formaz dicitur rarefactio ⁊ augmentatio. dicit enim cõmentator tertio phisicoꝝ ꝙ ideo magnitudo est diuisibilis in infinitum ⁊ non augmentabilis in infinitũ q: diminutio vadit versus materiam ⁊ augmẽtatio versus formam. cuz ergo subiectum ꝓpositõis dicatur materia. ⁊ reductio secunde figure in primam fit per reductionem predicati in subiectum. ergo secunda figura reducitur ad primam per condempsationem cum autez ꝑdicatũ propõnis sit forma: ⁊ in reductiõe tertie figure ad primam mutetur subiectum in predicatum. ideo tertia figura reducitur ad primam ꝑ augmẽtationez sive rarefactionẽ. ¶ Sed dubitatur quia sicut in secunda figura ꝑdicatuz fit subiectum ita subiectum fit predicatum. ⁊ sicut in tertia figura subiectum fit predicatum. ita predicatum fit subiectum. ergo non est ratio propter quam secunda figura reducatur ad primam per condẽsationem quin per idem reducatur ad primam per augmentationem. nec z est rõ quare tertia figura reducatur ad primam per augmentationem quin per idem reducatur ad illam ꝑ condempsationẽ. ¶ Dicẽdum ꝙ sicut in operationibus naturalibus non datur condempsatio absqz rarefactiõe nec econtra. ita secunda figura non reducit ad primam Mom ꝑm

per condensationez quin reducat̃ ꝑ augmẽtationẽ.neqꝫ tertia figura reducitur ꝑ augmẽtationẽ quin reducatur per condẽsationẽ.sed plꝰus respicit hic trm̃ medium rõe cuius diuersificantur figũre.ꝓpterea habendo respectũ ad ipm̃ qõ trm̃ ꝑdicatur in secunda figura ⁊ in reductione ad primã subijcit̃ in altera premissaꝝ.ideo secũda reducitur ad primã per condẽsationem.⁊ qꝛ mediũ syllogisimi in tertia figura trm̃ subijcitur nec reducitur ad primã nisi fiat predicatũ in altera premissarum.ió tertia figura reducitur ad primã per augmẽtationẽ. ¶ Notandũ secũdo ꝙ nõ quelibet ꝓpositio mediata põt reduci ad imediata in secũda vel in tertia figura sed bene in prima.vnde hec.omnis homo est substãtia cũ sit affirmatiua nõ põt esse cõclusio in secũda figura.⁊ cum sit vltis nõ põt cõcludi in tertia figura sed bene in prima. Et reducitur ad imediata duplr.primo ꝑ cõdensationẽ ꝓcedẽdo a superiori ad suũ inferius isto modo. omne corꝑ est substãtia oꝫ homo est corpus ergo oꝫ hõ est substantia.prima est imediata ⁊ secũda mediata que sic reducitur ad imediata. oẽ corpus aiatum est corpus sed omnis homo est corpus animatum.ergo omnis homo est corpus. Iterum prima est imediata ⁊ secunda est mediata. que ad immediationem sic reducitur. omne animal est corpus animatum . sed omnis homo est animal ergo omnis homo est corpus animatũ. vbi iam patet omnes promissas esse imediatas.qꝛ nihil mediat inter subiectũ ⁊ ꝑdicatũ.⁊ ꝙ ista reductio fit cõdensatio patet qꝛ cõtinue ꝓcedatur a predicato ad subiectũ descẽdendo a superiore ad suũ inferius. Ulterius põt reduci eadẽ ꝓpositio ad imediata ꝑ augmẽtationẽ superiꝰascẽdeno. vt omne animal est substantia oꝫ homo est aial ergo omnis hõ est substantia.minoꝛ est imediata ⁊ maioꝛ mediata que ad imediationẽ sic reducitur. omne corpus animatũ est substantia sed omne animal est corpus animatũ ergo oẽ aial est substantia. Itẽrũ minoꝛ est immediata ⁊ maioꝛ mediata.que sic reducit̃ ad imediata. oẽ corpus est substantia sed oẽ corpus aiatũ est corpus ergo omne corpus aiatũ est substãtia. vbi iã ambe ꝓmisse sunt imediate.⁊ ꝙ ista reductio fit augmẽtatio patet. qꝛ vadit in formã eo ꝙ omne superius est forma sui inferioris vt determinat Ari.in secõo phi.

Sicut autẽ esse a.in b.cõtingit indiuidualiter.sic ⁊ nõ esse conceditur.dico autẽ indiuidualiter esse aut nõ eẽ eo ꝙ nõ est eorum medũ. Cũ igitur aut a.quidẽ aut b.in toto quodã sit aut ⁊ ambo nõ cõtingit.a.in.b.primo nõ esse. Sit.n.a.in toto.c.ergo si b. nõ est in toto.c.põt.n.a.eẽ quidẽ ĩ quodã toto sed. b nõ esse in hoc.erit syllogisimus ꝙ nõ sit a.in b.Si enĩ in.a.quidẽ omni est c.in. b.aũt nullo est in b.nullo est a.⁊ hoc ꝑ mediũ. c.

¶ Et ne aliquis crederet ꝙ ĩmediatio ⁊ mediatio in solis affirmatiuis reperiatur.ostendit illa etiã reperiri ĩ negatiuis ꝓpositionibus ponendo duas regulas,quaruꝫ prima est ista quelibet ꝓpositio negatiua cuius alterum extremoꝝ est in aliquo toto est ꝓpositio mediata. intelligendo per esse in aliquo toto habere terminũ superiorez vnde inferius dicitur pars subiectiua ⁊ superius totuꝫ in mõ. ¶ Põt ergo esse ꝓpõ negatiua triplr mediata. Primo quãdo ꝑdicatũ est in aliquo toto ⁊ nõ subiectũ vt nulla substãtia est albedo.subiectũ enĩ nõ hꝫ terminũ supioꝛẽ sed bene ꝑdicatũ.ſ.qualitatẽ rõne cuius ista negatiua est ꝓbabilis,in secũda figura sic. quelibet albedo est qualitas.nulla substantia est qualitas.ergo nulla substãtia est albedo.fit.n.a.ꝑdicatuꝫ negatiue signate.⁊.b. subiectũ.⁊.c.qualitas.⁊ arguitur vt supra.omne.a. est c.nullũ.b.est.c.ergo nullũ.b.est.a.

Similiter aũt est ⁊ si b.in toto quodaꝫ est vt in.d.d.autẽ in omni b.est a. autẽ in nullo b.erit ꝑ sylloisimũ.

¶ Secũdo aliqua negatiua est mediata qñ subiectum ẽ in aliquo toto ⁊ nõ predicatũ. vt nullus hõ est qualitas q̃ quidẽ ꝓbatur in prima figura sic. nulla substantia est q̃litas.omnis homo est substantia.ergo nullus homo ẽ qualitas. Aut in secũda figura hoc modo.nulla q̃litas ẽ suba.quelibet hõ est suba. ergo nullus hõ est qualitas. fit.n.a.qualitas.⁊.b.hõ.⁊.d.suba.⁊ syllogizẽt vt iam syllogizatũ est.nullũ.d.est.a.oẽ.a.ẽ d.ergo nullũ.b.est a. In secũda figura sic.nullũ.a.est.d.omne.b.est.a.ergo nullũ.b.est.a.

Eodẽ autẽ modo demonstrabitur ⁊ si vtraqꝫ in toto quodã sunt.

¶ Tertio aliqua negatiua est mediata qñ tã subm̃ q̃ ꝑdicatũ est in aliquo toto.vt nullus homo est albedo,quẽ q̃dẽ ꝓbatur in prima figura sic.nulla substãtia est albedo.oꝫ homo est substantia.ergo nullus hõ est albedo. In secũda aũt figura sic quelibet albedo est q̃litas.nullus hõ est qualitas.ergo nullus hõ est albedo.ponatur ergo ꝙ ꝑdicatuꝫ ꝓclonis fit.a.⁊.b.subm.c.vero aut.d sit suba vel qualitas.⁊ arguat̃ vt supra. ¶ Dubitat̃ qꝛ videt̃ ꝙ nulla istaꝝ ꝓpõnũ sit mediata.qꝛ ꝓpõ mediata est illa inter cuius ꝑdicatũ ⁊ subiectũ mediat aliq̃s terminus ꝑdicamẽtalis.mõ quacũqꝫ illaꝝ data inter subiectũ ⁊ ꝑdicatũ nõ mediat aliq̃s terminus ꝑdicamẽtalis. ¶ Dicẽdus ſꝫ egidiũ ꝙ in ꝓpõne negatiua si sit vna nec ꝑdicatũ est supra subm̃ nec infra.sed extraneũ ab eo talis ergo ꝓpõ habet mediũ inter subm̃ ⁊ ꝑdicatũ. sed põt hẽre mediũ per qõ infertur ⁊ cõcludit̃ remotio ꝑdicati a ſbiecto vt iã tibi exẽplificatũ est. Istud vltimũ ẽ bene dictũ.sed primũ est dubiũ qꝛ q̃libet illaꝝ est vera. oꝫ homo aial nõ est.⁊ nullus homo ẽ omne corꝑ nullus homo necessario est suba.⁊ tamẽ quelibet istaꝝ est negatiua cuius ꝑdicatũ est superius ad subiectũ. ¶ Intelligebat tamẽ Egi.de ꝓpõne vli negatiua simplici cuius predicatũ vniuersaliter remouet̃ a subiecto. inuens talẽ distinctionẽ ꝙ ꝓpõ dicitur duplr mediata.ſ. mediatione ꝑdicationis.⁊ mediatione illatiõis.prio modo nõ est aliq̃ illaꝝ mediata.sed bene secõo modo qꝛ hꝫ mediũ per qõ põt ꝓbari. ¶ Sed cõtra sequit̃ ex illa respõsiõe ꝙ illa hõ est albedo .nõ fit mediata.qꝛ nõ habet mediũ ꝑdicationis neqꝫ illationis cũ nõ possit ꝓbari. ¶ Respõdetur ꝙ illa est mediata mediatione illationis duplr. primo qꝛ habet medium ꝑ quod põt sua opposita ꝓbari. secũdo qꝛ hꝫ mediũ ꝑ qõ ꝓbari posset si eẽt vera sic significando.

Quod autem contingit b.non esse in quo toto est a.,aut iterum a.in quo est b. manifestum ex coordinationibus est quecũqꝫ non cõmutant̃ ad inuicem. Si.n.nihil eoruꝫ que sunt in.a..c.d.coordinatione de nullo predicantur que sunt in b.e.f.a.autẽ in toto.p. fit ordinatione existenti.manifestũ ꝙ b.nõ erit in p.commutarentur enim coordinationes. similiter aũt est ⁊ si b.in toto quodã est.

